



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 30. Legatorum rationes pro Synodo haud amplius continuanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

gis instructum facere posset, quatenus **Sæcul. XVI.**  
postea cum Lotharingio, quem adven-  
tantem præstolabatur, accuratius con-  
ferre valeret: duo autem præcipue Vi-  
cecomiti in mandatis dabantur, & qui-  
dem in primis literis, seu Synodi a-  
ctis a Paleotto concinnatis exponeba-  
tur, quidquid peractum, & agitatum  
fuerat in cœtibus tam generalibus, quam  
peculiaribus, nec minus ibidem refe-  
rebantur rationum capita, quoad singu-  
los emendationis articulos expensa:  
porro altera epistola a Legato Morono  
suo, & Collegarum nomine dictata con-  
cernebat omnia Principes tangentia,  
nec non conditiones, & potentiam Ora-  
torum, ac præsertim Præsulum affe-  
ctiones, & consilia in posterum seligen-  
da, an scilicet Synodus esset conti-  
nuanda, vel dissolvanda, aut absol-  
venda, vel duntaxat interrum-  
penda.

### §. XXX.

*Legatorum rationes pro Synodo haud  
amplius continuanda.*

Ceterum Legati Synodum ulterius **Pallav. n. 5.**

protrahere valde periculosem cen-  
sebant, cum inde hæc incommoda oriri  
possent, nam primo timebant schisma-  
tis periculum, sive ob discordias sem-  
per enascentes inter Patres, sive ob  
mor-

**Sæcul. XVI.** mortem alicujus Principis, quæ totam  
**A.C. 1563.** rerum faciem facile inverteret: II. cau-  
 fabantur tam diuturnam tot Episcopo-  
 rum absentiam a suis Ecclesiis: III.  
 perpendebant sumptus ferme immensos,  
 quos Sedes Apostolica suppeditare co-  
 gebatur: IV. Legatos terrebat audacia,  
 quam sibi plures arrogabant Episcopi  
 inter se conjuncti, qui se reddiderant  
 pene formidandos, eoquod semper no-  
 vas tam in communi prærogativas,  
 quam nova privatim beneficia petebant:  
 porro idem etiam præsumebant Prin-  
 cipes, rati, quod extante Synodo ipsis  
 liberum esset, pro suo arbitratu Ponti-  
 ficem importunis precibus molestare,  
 ac divexare.

Ast non minoribus periculis obno-  
 xium censemebant Legati, si Synodus dis-  
 solveretur, præsertim ob communem,  
 quæ inde oriretur, populi offenditionem,  
 quam nihilominus imminui posse arbi-  
 trabantur, si prius emendationis per-  
 fectæ decreta promulgarentur, adeo,  
 ut omnes animadverterent, quod Syno-  
 dus ex reformationis metu non fuerit  
 dissoluta: verum hoc quoque consil-  
 lium semper noxiū Legatis videba-  
 tur, eoquod Oratores nimiam auctori-  
 tatem sibi arrogarent.

§. XXXI.

